

cent Tiraquellus de retract. linagier, paragraph. 12. glossa 1. numero 7. & 11. Covarruvias lib. 3. variarum capit. 17. numero 2. Azevedus in l. 6. titul. 2. lib. 1. Recopilat. numer. 17. Fachinus controversiarum, libr. 2. cap. 40. & lib. 7. cap. 14. ubi de emente scienter rem feudalem, Cevallos como tertio questione 798. num. 4. & 5. Barbosa in collellanea cap. fin. de emptione, & venditione, numero 3. noster Gomezius in l. 50. Tauri, numero 61. Bonacina de contractibus disputatione 3. quest. 2. numero 23. late Guzman de evulsionibus questione 46. ubi declarat, ampliat, & limitat, Molina de iustitia, tom. 2. disputat. 380. num. 22. ubi etiam agit, quid in Regno Lusitanie? Hermosilla in l. 19. titul. 5. part. 5. glossa 3. ubi n. 1. plurimos Doctores pro hac sententia adducit, & numero sequentibus tres ampliationes, & totidem limitationes congerit, & optime materiam declarat, & ibi num. 7. & sequentibus, late agit de re subiecta restitutioni, & de intellectu l. finalis, §. fin. Cod. communis de legatis, & fideicommissis, de quo etiam late sermonem facit Guzman in tractata de evulsionibus, supra, n. 4. & praeterea notat ipse Hermosilla in dicta glossa 3. num. 11. sicutum posse auferre pretium, quod habuit vendens rem alienam ab emptore, qui scienter eam emit, vide etiam novissime D. Larræam decis. Granatensis 74. num. 3. & 19. & 31. & 35.

Ibi: Et hoc etiam ostendit, &c.

Si stipulatio fiat de evulsionibus, tunc ad pretium agere posse emptorem, qui rem alienam scienter emit, probant Barbosa in l. 1. ff. soluto matrimonio, §. 5. parte, num. 20. & 37. & alii adducti ab Hermosilla, in dicta l. 19. glossa 4. num. 1. ubi ex num. 3. agit quid dicendum, si contractus sit à lege prohibitus: in quo duas sententias contrarias adducit, & eas distinctionis federe conciliare conatur, & tandem num. 7. sicutum praeferi emptori docet, ut jam dictum est.

Denique adverte quod in quantum Gomezius in fine hujus numeri, versis. Secundo limita, & intellige, videtur docere quod si pretium versum sit in utilitatem venditoris, repetitio competit emptori, locus mendosus est, & debuit scribi: In utilitatem Domini, ut adverte Hermosilla supra, dicta glossa l. 19. num. 5.

Ad num. 43. ibi: Octavus casus est, &c.

44 Quatuor casus congerit, hoc numero Gomezius, in quibus non habet locum evictio: Primus, si emptor per violentiam expellitur de possessione; Secundus, quando emptor recte potuit praescribere, & culpa sua id non fecit; Tertius, quando emptor culpa sua amisit possessionem, & de possessore factus fuit petitor, Quartus, quando contra prohibitionem positam in contractu rem vendidit, & ex hoc eam amisit, item adde si res evincatur secundum suam naturam propter causam coherentem. Et circa primum videndi sunt, Pereira de emptione, & venditione, cap. 31. num. 101. Caballinus de evulsionibus, paragrapho quinto numero 22. Castillo libro quarto controversiarum, capit. 42. numero 69. Guzman de evulsionibus, questione 42. num. 15. & per totam, Quelada diversarum questionum juris, cap. decimo numero 8. & Hermosilla in leg. 37. glossa prima numero secundo ubi num. tertio, laudat nostrum Gomezium in explicatione promissionis de defendendo de jure, & de facto, prout etiam facit Guzman supra, num. 1. & sequentibus, vide etiam Barbofam in collellanea cap. fin. de emptione, & venditione, ubi alios congerit.

Circa secundum casum, idem docent Pereira, de emptione, & venditione, dicto capite 31. n. 30. Morla in emptorio, titulo 9. in praxibus, numero 40. Quelada supra dicta cap. 10. numero 2. versiculo, Secundus sit. Molina de iustitia, tom. 2. disputat. 380. num. 23. late Guzman de evulsionibus, questione 44. per totam, ubi num. 9. ait, quod resolutio hujus secundi casus non procedit de jure Canonico (quod in utroque loco observandum est) sed nihilominus servata dispositione juris Canonici locum habere poterit dicta resolutio, si servata bona fide non praescripserit emptor rem sibi venditam ob propriam culpam, vide etiam Hermosillam in leg. 36. tit. 5. part. 4. glossa 7. ex num. 1.

Circa tertium casum, quando emptor sua culpa amisit possessionem, & de possessore factus fuit petitor, quod non possit agere de evulsionibus si ex amissione possessionis inferat quod perire debeat jus agendi super proprietate Caballinus de evulsionibus, paragrapho quinto numero 50. Pereira de emptione, capite 31. numero 30. Molina de iustitia tom. secundo disputatione 380. numero 24. Guzman de evulsionibus, questione 51. numero 1. Hermosilla in leg. 36. glossa 4. num. 1. titul. 5. & ibi num. 2. quid si sine culpa sua cecidit à possessione.

Circa quartum, & undecimum casum à nostro Gomezio consideratum in emptore, qui contra prohibitionem positam in contractu rem alienavit, & ex hoc eam amisit, quod non possit agere de evulsionibus, comprobatur ex traditis versiculo antecedenti, & vide Farinacium decis. 44. n. 4. ubi de vendente ignoranter rem prohibitam, Morla in emptorio, titulo decimo questione, 2. n. 23. ubi quod emens contra legis prohibitionem non agit de evulsionibus, de quo etiam Larræa de anniversariis, cap. 19. num. 16.

Item quod evictio non habeat locum, si res evincatur propter causam coherentem ipsi rei secundum illius naturam, Barbosa in leg. septimo, ff. soluto matrimonio, numero 12. & leg. 8. paragrapho finali, num. 17. ubi quod agitur ad pretium in hoc casu.

Item adde quod ex venditione facta in ludo non agitur de evulsionibus, Aviles cap. 39. prat. ver. juegor, numero 8. & capite 52. versicul. En la tierra, numero 18. ubi etiam de contractu à lege prohibito, Hermosilla supra.

Ad numero 44. ibi: Duodecimus casus nota bilis, &c.

Evictionem locum non habere si aliqua res particularis hereditatis venditae evincatur, ut hic resolvitur, docent Gratianus disceptionum cap. 787. ex numero 9. Valascus in praxi partitionum, capite 1. num. 17. Morla in emptorio, titulo 9. in praxibus, num. 40. Donellus commentar. juris civilis, ad titul. 44. lib. 8. Codicis in l. 1. Cod. de evulsionibus, n. 5. ubi dictam resolutionem generalem esse ait in qualibet universitate vendita ut in grege, armento, peculio, &c. & late Guzman in tractatu de evulsionibus, questione 45. per totam, ubi optime explicat, Castillo libro 4. controversiarum capite 42. num. 67. & 107. Parladorius como 3. differentia 131. numero 12. & Hermosilla in l. 34. titul. 5. part. 5. glossa 1. ex num. 1. ubi ampliat, etiam si singula res hereditatis evincatur, quia adhuc nomen hereditatis manet, licet contrarium teneant imo quod quando hereditas in aliquo non remanet utilis, quia res hereditariae evincuntur saltem pretium restituere

restituere per conditionem ex lege, & cum hac opinione videtur remanere, Castillo ubi supra, & Tufch ab eo relatus. Limitant tamen Guzman, & Hermosilla, supra, praeterquam si pro dimidia, vel alia parte hereditas evincatur, venditor enim qui totam hereditatem vendidit, si postea ejus tertia, vel quarta pars evincatur, quia erant plures haeredes, de evictione tenentur: limitant, etiam si in venditione hereditatis, vel alterius juris universalis, specificata vel declarata fuerint ejus membra, & res particulares, tunc enim pro singulis rebus evictio competit, ut optime adverte Valascus supra dicto num. 27. vide etiam Cancerrum variarum 3. parte, cap. 2. num. 148. ubi de una re vendita per heredem confecto inventario, & quod emptor sit securus adversus creditores, & D. Larræam decis. Granatensis 72. n. 12. & Parçea de instrument. edit. tom. 2. tit. 7. resolut. 3. num. 109.

An autem una re ex pluribus evicta, vel certa parte ejusdem rei competat evictio pro ea re, vel parte? ubi per emptor possit à contractu discedere, disputat late & optime ipse Hermosilla in lege 32. titul. 5. part. 5. num. 143. & sequ. glossa prima & in l. 35. eodem titul. glossa 1. & latissime explicans D. Larræa decis. 71. per totum, ubi quod si res non recipit separationem, vel emptor non esset empturus, in totum potest discedere, Amaya lib. 3. observationum, cap. 1. §. 2. num. 15. & 57. ubi de partu ancillae evictio.

46 Ad num. 45. ibi: In quo articulo resolutio dicitur, &c.

Evictio usufructu rei venditae evictionem debere, ut hic resolvitur, docent Caballinus in tractatu de evulsionibus, §. numero 74. Pereira de emptione & venditione, cap. 31. num. 55. Molina de iustitia, tom. 2. disputat. 380. num. 4. Guzman in tractatu de evulsionibus, quest. 45. numero 18. & alij communiter, vide Larræam decis. Granatensis 40. & d. f. f. 72. num. 2. & 15.

Ibi: Si vero evincatur servitus urbana, vel rustica, &c.

Pro servitute urbana, vel rustica rei venditae non competit evictionem, ut hic resolvitur; praeterquam si venditor declaravit, & dixit fundum non debere servitutem, comprobant late Pereira de emptione, & venditione cap. 31. num. 56. & 63. Gratianus disceptionum, cap. 361. num. 6. Caballinus de evulsionibus, §. 3. quos vide, & Guzman in tractatu de evulsionibus, questione 54. ex numero 1. & latius Hermosilla in leg. 63. titul. 5. part. 5. glossa 1. per totam, ubi bene comprobatur resolutionem nostri Gomezii, & omnes ejus limitationes, & declarationes, & an dicta lex 63. corrigat jus commune? & ibi de vendente rem censui, vel tributo suppositam, vel hypothecatam specialiter, vel generaliter, vel alienari prohibitam, cum videas ante alios, & novissime D. Larræam de iustitia 72. numero. 2. & 14.

47 Ad numer. 46. ibi: In quo resolutio dicitur, &c.

Emens rem à primo emptore non potest agere de evictione contra venditorem, nisi ei fuerint cessae actiones per primam emptorem, ita resolvitur Gomezius, & comprobant late Pereira de emptione, & venditione, capite 31. numero 67. Tufchus littera E. conclusio 352. numero 5. & sequentibus, Morla in emptorio, titul. de servitutibus, in rubrica, numero 79. Cujacius lib. 24. observationum, cap. 22. Donellus libro 9. commentariorum, capite 21. & ibi Osualdus, Barbofa

leg. venditor, ff. de iudicio, num. 13. & late, & optime explicans, amplians, & limitans Guzman in tractatu de evulsionibus, quest. 11. per totam, ubi & numero 16. latissime profequitur illud axioma, in quo supra dicta resolutio fundamentum habeat, quod actio personalis non datur contra Tertium: de quo late Salgado in labyrintho prima parte, cap. 34. ex numero 111. post Castellum lib. 5. controversiarum, cap. 104. ex numero 45. & Carleval. de iudicio, tom. 2. titulo 3. disputat. 11. num. 1. & illud ampliat & limitat Hermosilla in leg. 22. titulo 5. part. 5. glossa 3. num. 28. & sequ. ubi inter alias limitationes num. 31. docet quod si promissio de evictione fuerit per venditorem facta non solum primo emptori, sed etiam ejus haeredibus, & successoribus, tunc secundum emptor sine cessione agere poterit contra primum venditorem: & pro hoc referri Farinacium decis. 589. prima parte, in novissimis, & alios; & vide latissime D. Larræam decis. Granatensis 73. per totam, ubi n. 3. ait, quod facta cessione potest fieri denuntiatio primo auctori, & vide Gratianum disceptionum, cap. 787. num. 9. Suarez in leg. post rem judicatam, in declaratione legis legum, limit. 1. numero 14. versis. Facit singulare verbum, Anton. Gabriel. in communibus, titul. de fideiussore, conclusio 1. numero 59. & 60. & D. Joseph. Vela dissertatione Hispanensi 20. ex n. 16. qui late agunt quod contra Tertium agi possit absque praevia excoffione, de quo etiam infra cap. 13. num. 11.

Ad numer. 47. ibi: Et videtur quod contra, &c. 48

Empotrem victorem in lite qua contra eum mota fuit, & in qua fuit absolutus, adhuc posse sumptus, & expensas repetere à venditore? ut hic resolvit noster Gomezius? probant Bernardus Diaz in regula 218. Fachinus controversiarum juris libro secundo, capite 39. Pereira de emptione, & venditione, cap. 31. numero trigesimo tertio, Caballinus de evulsionibus, §. 3. num. 146. Cevallos communem contra communem appellans questione 321. & plures referens Hermosilla in lege 32. titulo 5. part. 5. glossa 6. ex numero vigesimo septimo, ubi ait, quod si venditor promissit expensas, sumptus, & damna (ut communiter contingit) sine dubio haec opinio procedit, ut docet Gregorius Lopez in leg. 56. titulo 18. part. 3. glossa 10. & Guzman in tractatu, de evulsionibus, questione decima tertia, numero 9. & tandem cum opinione nostri Gomezii remanet, & numero vigesimo octavo, & vigesimo 9. limitat eam, praeterquam si emptor conventus non denuntiavit litem venditori, vel fuit in culpa non petendo adversarium in expensis condemnari, quod Theaurus declarat libro tertio §. questionum forensium, questione decima octava, numero quinto, dummodo venditor interpellatus se obrulit paratum defendere emptorem; secus si noluit comparere ad defendendum eum, quia tunc magis debet imputari negligentiae ejus quam emptoris? & sic non nocet emptori, non petisse condemnationem expensarum: eum vide ibi, quia bene materiam explicat, & quid continetur verbo, Expensarum, & quod lite pendente teneatur venditor eas subministrare emptori, & an etiam teneatur ad fructus rei venditae, & alia? vide etiam Barbofam in collellanea cap. 7. de emptione, & venditione, numero vigesimo, & Gratianum regula 182.

Ad numer. 48. ibi: Si quis vendat servum, vel aliquod animal, &c.

Emens servum, animal, vel aliam rem vicio-  
sam, vel morbosam, ignorans morbum, vel  
vitiū quod non erat patens, agit redhibito-  
ria intra sex menses, & quanto minoris intra  
annum: Ita resolvit Gomezius & docent Covar-  
ruvias in regula possessor, 2. parte, §. 11. n.  
5. Petrus Gregorius in syntagmate, lib. 25. cap.  
21. num. 2. Trentacinq. variarum resolutionum,  
lib. 3. tit. de emptione, resolutione 11. Tiraquellus  
in tractatu de rebus exiguis, pagina mibi 54. &  
65. ubi an hoc remedium habeat locum in re  
levi? Gregorius in leg. 26. tit. 29. part. 3. ubi  
quod tempus assignatum redhibitorie currit con-  
tra Ecclesiam, Malcardus de probationibus, li-  
tera A conclusione 92. ubi quando præsumatur  
fuisse morboſa animalia ante contractum? Bar-  
bosa in leg. 8. §. finali ff. soluto matrimo. num.  
45. ubi an hoc casu meliorationes factæ in re  
compensentur cum fructibus? Morla in empo 10,  
titul. 9. in præmissis, numero 41. & sequentibus,  
ubi bene explicat hanc materiam, & quest. 14.  
numero 5. ubi de pacto redhibitorie displicentia,  
Molina de iustitia, tom. 2. disputat. 553. per to-  
tam, ubi etiam bene explicat, & plures referens,  
& multas quæſtiones resolvens, Guzman in tra-  
ctu de evitiombus, quest. 62. per totam, ubi  
num. 54. agit, quid faciat venditor si emptor  
veniat cum equo vendito, & ligavit eum ad ja-  
nam ejus, & recessit, de quo etiam Cance-  
rius 3. parte, cap. 1. numer. 81. Bolanus in Curia  
Phl pp. 2. parte, cap. 3. de redhibitoria, & §.  
datus, numero 38. & §. revocatoria, numero 21.  
ubi quod si emptor redhibitoriam deducat in  
fraudem creditorum, ipsi poterunt agere revo-  
catoria, venditore fraudis conscio, ex l. bovem,  
§. si quis, ff. de aditio edicto, Surdus decis. 146.  
Parlador. verion quotidianarum, tom. 3. differen-  
tia 86. & differentia 16. ubi de differentia reme-  
dii l. 2. Codic. de rescindenda venditione, & ac-  
tionis. Quanto minoris; Tufchus liter. A. con-  
clusionone 384. Malcardus litera A conclusione 92.  
& litera E conclusione 633. Soula in §. actio num.  
cap. 1. ex numero 9. ubi de fructibus in hoc casu,  
& cap. 2. ex numero... Sylvestre in summa, verbo,  
Emptor, quæſtione 19. Scaccia de commerciis, pa-  
ragr. 7. glossa 2. numero 94. & sequent. latè  
Reginaldus in praxi forensi penitentialis, lib. 25. cap.  
23. tractatu 3. ex numero 11. ubi an emptor re-  
petat expensas? Amaya libro 2. observationum,  
cap. 13. ubi de antiquis stipulationibus, Furtis  
noxisque solutum servum, &c. & numero 19. eru-  
ditè resolvit rationem quare non teneatur hæres  
promittere sanum esse servum in legato servi ge-  
neraliter relicto, Hermosilla latissimè in leg.  
64. §. 66. titulo quinto, paritè 5. ubi totam  
materiam optime explicat, cum ampliacionibus,  
& limitationibus quem omnino videas ubi etiam  
agit quid si venditor ignorabat vitium, quia tunc  
tantum competit emptori actio, quanto minoris,  
de quo in dicit leg. 64. glossa 1. num. 2. & ibi,  
an dicte actiones habeant locum, in contractu  
permutationis, locationis, & similibus, & in leg.  
65. glossa 1. numero 4. ubi quod etiam habent  
locum in immobilibus, Gutierrez in tractatu de  
gabellis, quæſtione 11. per totam; ubi an gabella  
debeat ex venditione rescissa per redhibitoriam  
de quo infra.

Ad numerum 49. ibi: Ex quo inferitur, &c.  
Vitiū Rei venditæ expresse, & non confuſe  
esse declarandum per venditorem, aliis teneri  
redhibitoria, ut hic resolvitur, docent, & ex-

plicant Surdus decis. 146. & 288. Morla in em-  
porio, titul. 9. in præmissis, num. 43. Caballinus  
de aditio edicto, cap. 2. num. 20. & sequentibus;  
Gratianus disceptation. capite 361. ex numero 1. &  
capite 534. numero 21. Guzman in tractatu de  
evitiombus, quæſtione 61. numero 17. & 24. &  
omnes relati numero antecedenti; & Hermosilla  
in dicta lege 66. maxime numero 11. & 12. ubi  
alios plures refert, & agit de eo qui vendit cum  
omnibus vitiis suis, hoc est, Con todas sus cosas,  
adhuc enim hac actione tenebitur: & latè de-  
clarat per ampliaciones, & limitationes, quando  
teneatur venditor vel non? & numero 25. agit  
an attendi debeat scientia procuratoris, vel emp-  
toris, & num. 26. & sequent. latè comprobat,  
etiam re mortua, vel perempta, didum reme-  
dium competere, latè explicans, quando intel-  
ligatur perisse culpa emptoris, & alia plura.

Ibi: dubium tamen est, &c.  
Si plures res venditæ sint aliqua ratione con-  
junctæ, omnes esse redhibendas; si verò non  
sint conjunctæ, rem vicioſam solum posse redhi-  
beri, ut docet Gomezius, comprobant Caval-  
canus decis. 8. lib. 2. num. 1. Tufchus practicae,  
conclusi. 154. num. 5. tom. 3. Caballinus de ad-  
itio edicto, cap. 2. numer. 50. Morla in emporio,  
titul. 9. in præmissis, numero 43. verſe. Paterea  
redhibitoria, &c. Molina de iustitia, tom. 2. dis-  
putat. 35. numero 30. Matienzo in l. 7. tit. 11.  
lib. 5. glossa 7. ex num. 20. & omnium latissimè  
Hermosilla in leg. 32. tit. 5. part. 5. gloss. 2. num.  
149. & sequentibus, maxime ex numero 168. ubi  
octo casus distinguit, & optime explicat quando  
emptor aliàs esset empturus, vel non; & Guz-  
man in tractatu de evitiombus, quæſtione 23. n.  
19. & quæſtione 61. num. 49. quos vide, & D.  
Larream decis. Granatensis, 72. numero 6. & Sal-  
gadum de protectione, 3. parte, cap. 10. nume-  
ro 127. ubi quod apprehensa possessione in uno,  
conſetur apprehensa in alio, & in labyrintho,  
3. parte, cap. 11. ex no. 22. & vide infra, cap. 11.  
n. 17.

Ad numer. 50. ibi: Prohibetur, &c.  
Omnia permittuntur vendi, nisi specialiter  
prohibita reperiantur, ut res sacra, vel publica,  
liber homo: res propria emptoris, & alia hujus-  
modi: ita resolvit Gomezius, & est notum ex  
juribus ab eo allegatis: & circa rem factam, vi-  
dendi sunt Mantica de iustis conventionibus, lib.  
4. titul. 5. numero 7. Mozius de contractibus, ti-  
tul. de emptione, & venditione, cap. de rebus,  
qua vendi & emi possunt: numero 24. Covarruvias  
libr. 2. variarum, cap. 16. numero 8. Molina de  
iustitia, tom. 2. disputacione 340. num. 22. Pi-  
chardus in principio, Institur. de acquisitione per  
arrogacionem, num. 34. ubi quod venditio soli,  
deductis arboribus, non valet, nec venditio  
domus deducta superficie, ex textu in leg. finali,  
ff. de superſciebus: leg. obligationum, §. pla-  
cet, ff. de actionibus, & obligationibus, & in  
§. idem juris, Institur. de iustis stipulationibus,  
numero 16. ubi quod res sacra, vel religiosa po-  
teſt vendi accessorie, & cum universitate, &  
optime explicans Hermosilla in leg. 15. tit. 5.  
part. 5. gloss. 1. ex numero 6. ubi numero 7. & se-  
quentibus, ampliatur ad jus patronatus & ad ſepul-  
torem, quæ vendi non potest, licet jus & usus  
ſepeliendi rectè vendi possit ut docet Spino in  
speculo testamentorum, glossa 2. principali, ex nu-  
mero 34. Riccius in praxi, decis. 40. & in 3.  
parte colleſtanea 649. & Barbosa optime explicans

in tractatu de universo jure Ecclesiastico, libro 2.  
cap. 10. num. 11. 12. & sequentibus, vide Her-  
mosillam supra, ubi etiam limitat principalem  
conclusionem, & ferè infinitos referentem in la-  
byrintho, parte 3. cap. 5. ex numero 45. & per to-  
tam, ubi etiam de jure patronatus an possit ven-  
di? post Noguerol. allegacione 36. ex num. 21.  
& Carleval. de iudiciis, tom. 2. disputacione 20.  
numero 1. & 3. Reginald. in praxi forensi penitentialis,  
libro 25. tractatu 3. numero 252. & sequen-  
tibus, & Bonacinam de contraventionibus, dispo-  
sitione 3. quæſtione 2. puncto 2. latè & Ofualdum  
ad Donell. lib. 12. cap. 20.

Simili modo res publica vendi non potest, ut  
tenent supra allegati, maxime Mantica, & Mo-  
lina, & sic an jurisdictione, & officia publicam  
jurisdictionem habentia vendi possint? vide Fe-  
licianum de censibus, lib. 2. cap. 3. num. 24.  
Avenidañum responſo 9. num. 1. & latissimè Ma-  
tienzum in dialogo, 4. parte, cap. 10. & sequen-  
tibus Reginaldum in praxi forensi penitentialis, lib.  
25. tractatu 3. numero 257. & sequentibus; Bo-  
nacina supra, & Dianam 4. parte resolutionum  
moralium, tractatu 6. resolutione 3. Bobadillam in  
politica libro 3. cap. 8. ex numero 285. Tellam in  
leg. 29. Tauri, ubi etiam agit, quid si hæc offi-  
cia augeantur aliis venditis? & an Domini par-  
ticulares, velut Duces, Marchiones, &c. possint  
illa vendere? vide Menchaciam illustrium,  
cap. 22 & 43. Hermosillam in lege 22. titul. 5.  
glossa 5. num. 90. & 51. & Thomam Sanchez in  
consiliis moralibus, libro 2. cap. 1. dubio 37. &  
38. & Dominum Larream decis. Granatensis,  
numero 36. & decis. 74. numer. 46. & Noguerol.  
allegacione 5. 14. & 19. latè, ex quibus majori  
ex parte probatur dicta officia posse vendi, & au-  
geri absque præjudicio Officialium antiquorum;  
de quo etiam vide latè eundem Dominum Larream  
allegacione fiscali 119. per totam.

Ita etiam liber homo vendi non potest, Man-  
tica dicto libro 4. titul. 5. de Tacitis conventionibus,  
numero 6. Scaccia de commerciis, §. 1. quæſ-  
tione 1. numero 556. Molina de iustitia, tom. 2.  
disputacione 340. Pichardus, §. idem juris; In-  
stitutur. de iustis stipulationibus, ex numero 9.  
ubi bene explicat differentiam venditionis & sti-  
pulationis in hoc; & alios referens Hermosilla  
in leg. 15. titulo 5. part. 5. glossa... numero. 1.  
ubi ampliatur etiam si venditio fiat in futurum,  
Quando servus erit, & numero 3. & sequentibus,  
limitat, præterquam si ignoranter quis compara-  
verit liberum hominem pro servo, quia tunc  
ei datur actio ad intereſſe: & in parte qui urgen-  
te necessitate filium vendidit, quam venditionem  
in usu non esse apud Christianos asserit, & ita  
de ea videndi sunt Pinellas de bonis maternis, ſe-  
cunda rubrica parte, ex num. 26. Ofualdus ad  
Donellum lib. 2. cap. 25. litera H. Fachinrus lib.  
13. controversiarum, cap. 20. Menochius de recu-  
peranda poss. remedio 15. ex numer. 302. Surdus  
de alimentis, titul. 8. privilegio 38. Tiraquellus  
de retractu linag. §. 26. glossa 1. ex n. 16. Molina  
de iustitia, tom. 1. disput. 3. Barbosa in collectan.  
cap. 2. de pignoris numero 5. in Decretalibus,  
alter Barbosa in leg. alia, §. eleganter ff. soluto  
matrim. num. 40.

De eo autem qui seipsum vendi patitur ad præ-  
tium participandum, sciens conditionem suam  
liberam, eam ignorante emptore, vide Mo-  
linam de iustitia, ubi supra, Petrum Gregorium  
in syntagmate, lib. 25. cap. 7. numero 1. & Scac-  
ciam dicto §. 1. quæſt. 1. num. 556. & alios ad-

ductos ab Hermosilla supra dicta leg. 15. glossa 1.  
numero 4.

Item de vendente venenum, vide infra, tom.  
3. cap. 3. numero 10. & de vendente arma, &  
alia inimicis, Menochium, casu 585. latè Bo-  
lanum in Curia, §. cosas vedadas, ubi alia.

Denique rem propriam nemo emere potest,  
& emptio est nullius momenti, live ab ignorante  
facta fuerit; ita tradit Bernardus Diaz in re-  
gula 226. Tiraquellus de retractu conventionalis,  
§. 2. glossa 1. num. 12. Mantica de tacitis conven-  
tionibus, lib. 4. titul. 5. n. 18. Scaccia de com-  
merciis, §. glossa 1. num. 4. Petrus Gregorius in  
syntagm. lib. 25. cap. 11. & alii plures adducti  
ab Hermosilla in l. 18. titul. 5. part. 5. gloſ. 1. n.  
1. ubi numeris sequentibus, limitat, præterquam  
si venditio fieret pro possessione, vel proprietate  
existente penes venditorem; vel si res effet emp-  
toris revocabiliter, vel venditio fieret à Iudice  
prò executione sententiæ, vel quando res effet  
communis cum aliis, eum vide, & de emere  
scienter rem suam, vide Barbosa in l. si alienam,  
soluto matrimonio; num. 114.

Item adde, quod non potest Judæus emere  
fundum, qui adscripti sunt servi Christiani:  
Surdus de alimentis tit. 8. privilegio 89.

Item vendere volens omnia bona, potest prohi-  
beri à creditoribus, si est suspectus de fuga;  
Svarez titul. de los emplazamientos, versiculo, sed  
attendat: num. 10.

Item adde, quod venditio facta nocendi ani-  
mo rescinditur: Parlador. differentia 109. §. 7.  
num. 8.

Ad numerum 51. ibi: In quo articulo ista est  
regula, &c.

Aliquos casus enumerat noster Gomezius hoc  
numero, in quibus quis cogitur propriam rem  
vendere: & primus est quando venturitur favor pub-  
licus, vel Religionis, & ita docent Aviles ca-  
pite 42. pratorum; verb. Varat; num 7. & cap.  
17. verbo: A razonables precios, & cap. 18.  
verbo, Le haga; Didacus Perez in l. 2. titul. fi-  
nals, lib. 2. ordanamenti, glossa prima, in fine.  
Anasthianus Germonius de immunitate, cap. 8. verſi-  
ficul. Sed præter: Gratianus disceptation. forensi.  
capit. 7. ubi quod non habet locum remedium l.  
2. Cod. de rescindenda venditione, si quis com-  
pellitur emere: & hoc ejus favore: Et in cap.  
149. num. 27. & 32. & cap. 54. ex n. 12. opti-  
mè Reginaldus in praxi forensi penitentialis, lib. 25.  
tract. 3. c. 23. n. 259. ubi novem casus enumerat  
in quibus quis compellitur vendere, vel emere;  
Castillo in l. 62. Tauri; circa finem; Pichardus  
in §. et olim, Institutur. de donationibus, Cance-  
rius variarum 1. parte, cap. 13. num. 130. Gi-  
ronda de gabellis, 2. parte, in principio, cap. 18.  
11. latè D. Joseph. Vela disertacione Hispanens.  
17. numero 34. Antonius Thesaurus quæſtionum  
forensium, lib. 1. quæſtione 65. numero 2. Ofual-  
dus ad Donell. lib. 9. cap. 9. litera G. Molina  
de iustitia, tomo secundo disputacione 241. Alva-  
rado de consuetudinibus defuncti, lib. 2. cap. 4.  
numero 68. ubi quod Domini inferiores tenentur  
dare Regi oppida ex causa; Morla in emporio  
prima parte, titu. 9. quæſt. 1. & 23. numero 4.  
Avenidañum cap. 19. prorum, 1. parte, ex num.  
1. Cavallos quæſtione 906. ex numero 4. Lata de  
Anniversariis, l. b. 1. cap. 20. per totum, Farina-  
cius decis. 372. parte 1. Otero in tractatu de jure  
pascuis, cap. 17. Iterum Farinacius quest. 104.  
num. 64. ubi de metallis silco præcisè vendendis,  
Barbosa in l. 1. ff. soluto matrimo. 7. parte, nume-  
ro 30.

50 ubi de favore Scholarum, & in l. 2. part. eadem tit. num. 48. & seq. ubi ex num. 41. f. latè agit de venditione vassallorum, seu jurisdictionis, eis invitit, & in l. si mora in lectura post preludium, numer. 73, ubi quod quando quis compellitur vendere prius debet ei solvi pretium, Matienzo in Dialogo 3. parte, capite 12. num. 12. ubi quod quis compellitur vendere domum ruinofam, ut reficiatur; vide etiam Hermosillam, qui ferè infinitos refert in l. 3. tit. 5. part. 3. glossa 1. ubi optime explicat regulam generalem, quod nemo compellitur vendere, & postea limitat; & num. 9. comprobat limitationem prædictam; & numer. 32. & sequent. latissimè etiam prosequitur materiam, quando quis compellitur vendere ad ædificationem, vel ampliacionem Ecclesiæ; Rodriguez de redditibus, lib. 2. questione 16. ex num. 12. ubi, an & quando creditor cogatur credere jus suum; vide etiam D. Larream decif. 90. numer. 19. & Noguero allegatione 18. quasi per totam, ubi probat quamlibet lesionem, etiam intra dimidiam, refarciendam hoc casu; & quod venditor debet conservari omnino indemnis; & Carleval de iudiciis, tomo 2. disputat. 1. tit. 2. ubi numer. 13. optime declarat, quomodo creditor cogatur accipere in solutum bona debitoris; de quo etiam Bolanus in Curia Philip. §. rem à te, numer. 16. Barbosa in cap. 1. de emptione, & venditione, num. final. in collectaneis; ubi quod compellitur vendere, qui rem venalem expoluit: vide etiam Dominum Larream allegatione fiscali 115. ubi ex numero 35. quod dicta resolutio tantum procedit, quando vertitur publica utilitas, non quando privata.

Ibi: Secundus casus, &c.

Ratione publicæ utilitatis quis compellitur vendere triticum tempore carestie, certo & iusto pretio: ita Gomezius in presentis; & idem in cæteris necessariis hominum alimentis, ut probant Covarruvias lib. 3. variarum, cap. 14. numer. 3. Aviles in cap. 17. prator. num. 9. Molina de iustitia, tomo secundo disput. 341. num. 4. Reginaldus supra, Matienzo in l. 1. tit. 11. lib. 5. gloss. 2. n. 41. in l. 1. tit. 25. gloss. 9. Gutierrez l. 1. quæst. 13. & l. 4. quæst. 49. Azevedus in dicta l. 1. tit. 25. lib. 5. Recopilat. 21. & seq. ubi extendit ad omnia quæ victui necessaria sunt: & latissimè ferè infinitos refert Hermosilla sub dicta l. 3. art. 5. part. 5. glossa 1. ex n. 60. ubi dictam resolutionem ampliat ad omnia necessaria vitæ humanæ, verbi gratia pannos ad vestitum, domos ad habitandum, &c. & num. 62. & sequentibus; idem habere locum defendit in Clericis, & aliis quibuscumque exempto tempore necessitatis; & num. 67. etiam in foro conscientie supra dicta intelligenda asserit: vide eum, quia latissimè materiam prosequitur: & etiam agit, quando Clerici teneantur contribuere pro necessitatibus publicis, & pro occasione locustarum, pro custodia vinearum, vel olivetorum, & similiter pro refectione pontium, viarum, &c. & quid si eorum pecora damnium dederint, & à quo iudice in his casibus iudicentur: de quo etiam infra, in capite de immunitate Ecclesiæ. tomo tertio & Otero de iure pascendi capite 17. Barbosa de potestate Episcopii allegatione 82. numer. 8. ubi quod etiam Episcopus potest laicos ad hoc compellere de quo Gratianus disceptation. cap. 149. num. 47.

Ibi: Tertius casus est, &c.

Ob levitiam cogi Dominum servum vende-

re, ut hic resolvitur, & etiam si eum cum dicitra tractet, & parèe alimenta præstet, docet Covarruvias lib. 3. variarum, cap. 24. numero 7. Caldas in leg. si curatorem, versic. cum non absimilis, numero 5. & Corrafas lib. 1. miscellan. cap. 23. Hermosilla in dicta leg. 3. tit. 5. part. 5. glossa 5. Molina de iustitia, tomo 2. disput. 341. numero 5. Gironda de gabelis, 2. part. in principio, num. 15. Pichadus in paragraph. f. d. & maior, Institut. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Alium casum cumulat Hermosilla ibi, ex leg. 3. tit. 11. lib. 1. Recopil. nempè quando opus esset vendere servum Maurum, ut Christianus captus à Mauris libertatem consequi possit; & vide etiam D. Larream decif. 90. ubi quod communis servus si ab uno manumittatur, alter tenetur suam partem vendere accepto pretio, ex leg. 1. Codic. de communi servo manum. ubi Barol. & reliqui, & Anton. Fab. ibi, definitione 3. vide etiam Reginald. supra, lib. 25. cap. 25. num. 359.

Similiter ancillam cogitur vendere dominus, si eam urgeat ad impudicitiam [imo apud nos ex leg. 4. tit. 22. part. 4. statim libertatem consequitur] Farinacius in praxi criminali, tit. de delictis carnis, quæst. 144. num. 16. Pichadus in dicto paragraph. sed & maior, numer. 4. & 8. & plures refert Hermosilla in dicta l. 3. tit. 6. numero 2. ubi numeris sequent. bene explicat, an ex his necessariis venditionibus gabella debeat; & cum Lafare, & Gutierrez resolvit deberi, præterquam si coactio, & necessitas efficeret quod non esset venditio, sed ablatio rei; Lara de Anniversariis, libro primo cap. 20. ex numero 11. vide etiam Thomam Sanchez in Consiliis, lib. 2. cap. 4. dubio 17. post Parlador. tomo tertio, differentia 128.

Ibi: Ex quo inferitur, quod si Dominus, &c.

Quod Domini temporales, si malè tractent subditos seu vassallos, compellantur eos vendere, docent communiter Doctores ex iisdem rationibus prædictæ resolutionis, ita Hermosilla in dicta lege tertia, titulo quinto part. 5. glossa 5. numero 2. ubi laudat nostrum Gomezium, & Gironda de gabelis, 2. part. in principio, num. 16. Barbosa in collectanea capite literas, de restitutione spoliatorum numer. octavo, ubi etiam de divortio ob levitiam.

An autem vassalli invititi, & contra propriam voluntatem possint vendi? bene disputant Cevalros questione 532. Barbosa in l. 2. ff. soluta matrimonio 2. parte, num. 11. Bobadilla in politica, lib. 2. cap. 16. numero 12. Tiraquellus de primog. quæst. 69. num. 6. Fontanel. de pactis, tomo secunda. clausula 4. glossa 5. numer. 52. & fere infinitos refert Augustinus Barbosa in collectanea ad l. 25. Codic. de pactis, num. 4. & 5. ubi resolvit non posse vendi, maxime quando alienatio fit à Corona Regia in alium Dominum inferiorem, quia tales Domini multas molestias, & vexationes suis vassallis committere faciunt: & dicto numero 5. ampliat etiam si major pars vassallorum sponte consentiant alienationi, quia minoris partis contradictio præfertur, ut potèe contraria strictiori subiectioni: & vide larè D. Larream allegatione Fiscalis, 106. ex numero 5. ad numer. 6. & sequent. quod vassalli admittunt ad retractum jurisdictionis venditæ, & Gabelarum & allegatione 45. quasi per totam, ubi num. 17. quod retractus in hoc casu non excludit ex lapsu novem dierum.

Ibi, Quartus casus est, &c.

Libertatem

## De Emptione & Venditione. Cap. II. 73

Libertatem altius tollendi ædificium impedire potest vicinus, si ventus impediatur ad colligendos fructus in sua aera, ita Bocius decisio 321. num. 12. Utillus in additionibus ad Afflicti decif. 265. num. 13. & hoc ratione publica utilitatis; vide etiam nostrum Gomezium in leg. 46. Tawi, num. 7.

Alii etiam casus in quibus vendere, vel emere quis cogitur [de quorum justificatione agit Gutierrez de gabelis, quæst. 140.] feruntur latè per D. Joseph. Vela dissertatione Hispal. 17. numero 34. per Hermosillam in dicta l. 3. tit. 5. part. 5. glossa 1. ubi numer. finali alios refert, qui eos pertractat: & denique addit, quod in prædictis casibus in quibus ex causa justa alicui sua res aufertur, ea cessante debet ei restitui, si fieri potest; Bolanus in Curia, §. navigantes, num. 48. & seq. Matienzo in Dialogo, 3. parte, cap. 28. num. 16. vide etiam Felicianum de censibus, lib. 1. cap. 10. ubi depactio quodvis teneatur potius unum vendere quam alii: de quo etiam Gutierrez lib. 167.

Unum tamen annotare libet in prædicta materia nempè cives cogendos esse frumentum potius vendere concubivis, & non exteris [licet regulariter quis non cogatur vendere vicino, ex Parladorio differentia 109. §. 1.] & si aliud factum fuerit, ipsi cives poterunt illud retrahere intra breve tempus eodem pretio, docent Covarruvias lib. 3. variarum, cap. 14. numer. 6. Aviles in cap. 17. prator. num. 36. verbo, A rasonables precios, Mexia in pragmatica taxa panis, conclus. 5. num. 113. Cancet. variarum, 1. parte cap. 11. num. 55. Gratian. discept. cap. 149. ex num. 39. ubi etiam de Ecclesiasticis compellendis ad hoc [de quo Diana tomo primo tract. 2. resolutione 8. & Otero de iure pascendi cap. 17. num. 6. Azevedus in leg. 7. tit. 11. lib. 3. Recopil. qui idem esse ait in quacumque alia te alienata, Gutierrez lib. 4. quæst. 49. & cum aliis, concludit Hermosilla in dicta l. 3. tit. 5. glossa 1. num. 78. & 79. ubi numerus 81. inferit, quod tempore necessitatis, & inopia possunt iudices interdicare, & Consiliiariis oppidorum ne frumentum extrahatur, refertur pro hac parte Avilesum supra, & Avendan. 1. part. cap. 19. n. 35. & Bobadillam lib. 3. cap. 3. num. 54. & 55. & alios de quo etiam latè Farinacius in fragmentis, verbo, bannimenta, ex num. 44. Et an valeat statutum prohibens ne vinum verbi gratia aptoretur in civitatem ad vendendum? vide Stracham de mercatura, 4. parte, cap. 48. Bolanus in Curia Philip. paragraph. c. 5. as vidadati, num. 18.

Item ad questionem quando videatur habita fides de pretio? adde quod vendita res advenit recessuro; licet tradatur, non videretur habita fides de pretio, ut probat Carlevalius cum aliis in tractatu de iudiciis, como primo disputatione 2. questione 4. num. 240. post Manticam de Tacis conventionibus, lib. 4. tit. 2. Hermosilla in l. 28. tit. 5. part. 5. glossa 1. Salgado in labyrintho prima parte, cap. 11. num. 78. & 2. parte, cap. 2. num. 64. & Noguero allegatione 11. ex numero 63. ubi etiam probat, quod fidei præfertur creditoribus emptoris in te quam vendidit habita fide de pretio, quia in venditionibus factis per ipsum filicum, dominium non transfertur, quamvis habita fuerit des de pretio ante ipsius pretij solutionem: & allegatione 29. ex numero 191. ubi quod si per dolam emptoris habita fuit fides de pretio, venditor præfertur aliis creditoribus

Ant. Gomezii Variæ Resol. Tom. II.

emptoris: & allegatione 16. numero 53. & seq. ubi quod hoc casu dominium non transfertur; vide etiam Carlevalium supra tomo secundo, tit. 3. disputat. 8. sectione 5. num. 63. ubi etiam quod re tradita, & data dilacione ad solvendum, videtur habita fides de pretio; & alia apud Narbonam in l. 10. tit. 20. lib. 9. Recopilat. glossa & etiam vide Cancercium variarum 1. parte, cap. 43. ex n. 2. ubi num. 6. ubi ait quod si res non fuerit realiter tradita, sed habita fides de pretio ad certum diem, & tali die non solvatur, contractus habetur pro infecto, & res potest alteri vendi, ut docet Hermosilla in l. 28. tit. 5. glossa 1. ex num. 48. vide etiam Parlador. lib. 1. quotidianar. cap. 8. & differentia 79. cap. 3. ubi latè de materia, Barbosa in leg. si cum dotem, §. finali, ex num. 324. omnino, ubi de emente animo decoquendi, & fidem frangendi, & alia: & in l. 8. ff. soluto matrimonio. 2. parte, numer. 35. & Gratian. disceptat. cap. 329. numer. 32. & 33. ubi quod procurator fisci, tutor, & curator, quamvis habeant mandatum generale cum libera, non tamen possunt vendere habita fide de pretio, Ofuald. lib. 4. cap. 16. litera F. ubi quod tunc dicitur habita fides de pretio quando venditor hoc dicit aperte, non autem quando simpliciter tradit rem: & lib. 21. c. 15. notatis litera l. ubi de emptore cessionem bonorum mediante, & Matienzo lib. 13. tit. 4. lib. 5. Recopil. glossa 1. num. 35. & seq. ubi de Exequutore testamenti vendente habita fide de pretio, & de ejus confessione de recepto pretio, & alia: de quo etiam Carpio de executoribus testamentorum, lib. 3. cap. 3. numer. 19. & seq. latè Aviles in cap. 1. prator. verbo mandado, num. 26. Narbonam in tractatu de state anno 25. questione 6. ubi num. 2. cum Tulco litera V. conclusione 69. numer. 13. & 14. ait minorem non posse vendere habita fide de pretio, etiam tutore auctore, de quo etiam Gregorius in l. 46. tit. 8. part. 3. ubi de re minoris, fisci, vel Ecclesiæ, hoc modo venditæ, & de procuratore ad vendendum, & de creditore vendente, & de compulso vendere; & Bolanus in Curia, §. prelation, num. 6. & seq. ubi quod venditor præfertur in re vendita, antequam habeatur fides de pretio, & ibi, numero 8. quod in dubio videtur habita fides de pretio: & num. 9. ubi quod si res minoris, fisci, vel Ecclesiæ, vel Reipubl. vendantur habita fide de pretio, nihilominus in eis præferuntur, quia non potuit haberi fides de pretio ex dicta l. 46. tit. 28. part. 3.

Item adde, quod promittens vendens, & rem tradens, & pretium recipiens, videtur vendere; & promissio transit in venditionem, Barbosa in leg. 6. ff. soluto matrimonio numero 7. & 32. & sequentibus, ubi etiam de fructibus in hoc casu, & alia usque ad finem legis, Aviles in capite primo prator. verbo, Promissa: Hermosilla in l. 10. tit. 5. part. 5. glossa 3. ex num. 9. & per totam ubi alios refert eos vide, & Gutierrez in tractatu de iudiciis, 2. parte, cap. 5. numer. 66. & seq. ubi latè de hac promissione, & Caldas in l. si curatorem, §. suavititate, num. 84. ubi quomodo liberetur promittens ab hac obligatione, & Rodriguez in tractatu de reditibus, lib. 3. question. 7. ex numero 110. Fachinuz in l. 2. contraversi. cap. 5. 7. & 8.

K

CAPUT